

facile impetum capit (§. 5.) ; efficiens hoc expellit (h), vel subito, vel facilius et brevi tempore efficaciam ejus funditus destruens, si hoc turgidum sit, iners atque hebes, perfectamque morbi solutionem omnino adfert ; aut quodammodo tarde, si hoc acutum et efficax sit, subigens hoc antea iis cum tempore, spatio et diebus certis determinato (i) ; valide hoc vi vasorum, arteriarum nimirum et cordis bono pulsu comprimendo, violentoque humorum cursu perturbando, adeoque horum quidem impetu, illorum vero potentia, hoc attenuando, et adhuc mistione et perfusione humorum tenuium, mollium, et liquidorum hoc humectando, resolvendo atque rarefaciendo, si hoc nimis densum, crassum, viscidum, spissum, et omnino siccum sit (k) : si vero hoc tenue sit, aut dissolutum et rarefactum, valdeque acutum, lenti et crassitiei humorum involvendo et commiscendo, et quodammodo praeinspissando,

eius-

---

(h) id. ib. p. 26 (i) Junker. ib. Tab. LV p. 458. n i , 2, 3. Home ib. L 1, p. III sect. I 5. (k) Sydenh. febr. contin. p. 184